



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118790**

§. 111. Hujus Cardinalis opera.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](#)

bitionem decurrerat, eodem in stadio per- Sæc. XVII.  
quaque gens ad summum Ecclesiastice potestatis fa- A. C. 1604.  
Follian sigium inoffenso pede curreret. Ceterum  
Jehim defuncto parentabat oratione funebri  
Tudor Tarquinius Gallutius Jesuita.

§. CXI.

*Hujus Cardinalis opera.*

Reliquit Posteris celebratissimus hic,  
omniumque rerum experientia ver-  
satissimus Cardinalis partim Gallico,  
partim Latino & Italo sermone non-  
nulla eruditissima opera, quæ ingenii  
sui amplitudinem luculenter testantur,  
ac præprimis exstat illius expositio in *Sammarrath.*  
*disputationem Jacobi Carpentarii de Me-* in elogis  
thodo, in qua contra eundem Dialecti- *Dupleix in*  
cam Rami propugnare videbatur, post- *hist. Hen. IV.*  
quam vero inglorio prorsus calamo Car-  
pentarius Ossatum refellere nitebatur,  
hic aduersus eundem aliquot scripsit  
epistolas: Prostant etiam quædam lu-  
cubrationes de Medicina, præter alias  
nondum excusas. Ceteris vero palmam  
præripiunt libri aliquot eruditissimarum  
epistolarum, quæ in difficillimis variis  
que negotiis ad Principes, aliosque  
Viros nobilitate ac eruditione clarissi-  
mos exaratæ compendium Historiæ sui  
ævi dici merentur, earumque Aucto-  
rem Virum in Principum studiis versa-  
tissimum,

Sæc. XVII. tissimum, summeque prudentem  
A. C. 1604. monstrant. Has literas Amelotus  
la Houssaie Historicis annotationibus  
lustratas unacum Ossati vita iterato pro-  
lo excudi curavit. Asservantur quoque  
Parisiis in Regia Bibliotheca variae  
lationes de Ligistarum turbis Italo  
mone ab eo conscriptæ.

## §. CXII.

*Simon Talliavia Cardinalis mortuus*

*Ciacon. in  
vita Greg.  
XIII.*

Tertius erat Simon Talliavia de An-  
gonia Siculus, ex cognominis  
Marchionum genere die vigesima Mi-  
in oppido Paternæ ditionis Castro Te-  
ctiano circa annum Domini millesimu-  
quingentesimum quinquagesimum na-  
tus. Hic a suis piis optimisque Pare-  
tibus quamprimum adolevit, dignis  
celso genere moribus imbutus, nulla  
mora in ludum literarium emittebat  
studiis humanioribus operam navans.  
Sed tanti ingenii vis diu domesticis pre-  
vatorum larium angustiis concludi ha-  
poterat: unde anno ætatis suæ decim-  
septimo in Hispaniam missus in Con-  
plutenfi Gymnasio Philosophiæ ac The-  
ologiæ studio tam felici progressu inca-  
buit, ut utriusque facultatis lauream  
promeritus reliquo vitæ curriculo in-  
genii, doctrinæ, morumque laudibus e-